

M. VITRUVII DE ARCHITECTURA,

LIBER

QVINTVS.



Vi amplioribus uoluminibus
 Imperator ingenii cogitationes
 præceptaq; explicauerunt, maxi-
 mas & egregias adiecerunt suis
 scriptis autoritates, quod et uel
 in nostris quoq; studiis res pate-
 retur, ut amplificationibus autoritas, & in his præce-
 ptis augetur, sed id non est quemadmodum putatur,
 expeditum. Non. n. de architectura sic scribitur, ut hi-
 storiae aut poemata. Historiae p se tenet lectores, ha-
 bent enim nouarum rerum uarias expectationes, poema
 est uero carminum metra & pedes, ac uerborum elegans
 dispositio, & sententiarum inter personas, & uersuum di-
 stincta pronuntiatio, plectando sensus legentium per-
 ducit sine offensa ad summam scriptorum terminatio-
 nem, Id aut in architecturae conscriptionibus non pot-
 fieri, quod uocabula ex artis propria necessitate concepta
 incosueto sermone obiciunt sensibus obscuritatem. Cum
 ea ergo p se non sint apta, nec pateant eorum in consuetudi-
 ne nomina, tum est praceptorum late uagantes scripturae si-
 non contrahantur, & paucis, & plucidis sententiis expli-
 centur, frequentia multitudineq; sermonis impediente,
 incertas legentium efficiunt cogitationes. Itaq; occul-
 tas nominationes commensusq; e membris operum
 pronuncians, ut memoria tradantur, breuiter expo-
 nam, Sic enim expeditius ea recipere poterunt men-

poemata